

hactenus sermonem fuisse, neque dubium est quin longe minori pretio redimaris. quo ut se induci patiatur operam hic verbis nuper, nunc ~~dedi~~ tenui per epistolam dedi, plane miseratus sortem tuam, et mea infensus, quae me testari vetet, quam serio commenda-
 datos habeam, quorum soli vultus aut nomina vel obliquo radio Puteaneae luci illustrantur. Vale Vir nobilissime.
 Haga Com: 3. Maij CIDIDCXLIII.

Bannio.

Vir Amplissime.

(342).
 Epistolium illud prodromum, heri mihi traditum, primam statim occasione data transmitto; ut videas quam sit res tibi cum adversario neque in humo, neque infendo, neque hercule omnium latissimo, quod hinc inde senties, non sine risu. Caute vero ne parum alter alterius mentem assequamini, Magnam enim controversiae partem in eo sitam arbitror simul atque Triarii transfretaverint, curabo te adoriantur
 Interim Vale Vir Amplissime et me ama
 Vale tuum.

In arce bornana. Prid. solstitii C.H.
 astini. CIDIDCXLIII.

Puteano.

(343).
 Quae de Anagrammatismo, Vir Amplissime dilucida tu quidem atque ut maximas rerum soles, eleganter prosecutus es, auctore nec sine quodam sensu voluptatis perlegi. alterum exemplarium Soaswinkelio tum forte praesenti offerendum videbatur, stupendissimi, si nescis ingenij viro, et summorum infimarumque disciplinarum non minus gnaro quam capaci. Non patiar te nescire, quod argumento statim libelli monitus, festive mihi de Triscario narrabat, solere hunc per jocum, omnem Anagrammatismum aversari, dicentem, als mijn Anne gram is (Anna noncu est uxori) turbari totam domum. Porro si quis a te consulisset nos, ante hanc disertationem editam, aliquid fortasse non absenti neque ingrati accessisset quod nunc vix tanti est, ut ut per epistolam docearis. Fiet hoc (non despero) collatis dextris, ubi Belgis dabitur utrinque Belgis esse. Vides quam audeam serio ad te rescribere, qui tam proluxa humanitate munerum quoque selectissimorum perpetua oblatione me compellas. sed captanda occasio fuit, qua quod Maximiliano tuo impetrandum jusseras, commode et non

et non iniqua mentis Principem obtinerem; quod omnibus
aequè horis non succedere facile intelligis. Ut intelligat autem
et praestantissimus Virorum Tuldenus, et aequo animo hoc tam
lente sibi praestitum officii ferat, ab affectu primum suo, deinde
et ab incomparabili facundia postulo, praecipue ut nunc est
districtus negotiis castrisibus, qua me seorsim salutare virum
optimam agri sinant. Amate meo, maximi minimeque
hostium, singuli et conjunctim, ut

Utriusque amicum et cultorem
observantissimum.

Assenedae 8. Julij 1643.

C. H.

Crommon. Amplissime Domine.

[344].

Placuit illustrissimo Jurisconsultorum Diodoro Tuldeno, gem
num ad me exemplar mittere Jurisprudentiae Extemporalis
novam editionem immensum auctae. ~~Horum~~ Horum alterum
destinaverat vicino dudum tuo et amico Leidae sibi olim
familiari Boschio, qui cum nuper extemporalis Juriscon
sultus suo quodam modo factus, tempore saeculoque exerce
rit, occurrebas inter primas, in quem hoc munusculi non
ambiguo jure transferretur. Benevolus, si quisquam scrip
toris hujus lector et praeo indefessus, si perstas in sententia,
et magni facere pergis virum melius de re juridica meri
tum ac merentem, quam cui temerè quis nostratum
opponi possit, erit quod mihi gratuler de beneficio alieno
extemporalis item Consilio feliciter collocato. Vale. Vid
eximis, et si qua in rem tuam, aut tuorum utilem opellam
meam judicabis, habe me inter amicos extemporales quoque
et qua par est libertate, utere fruere

Assenedae 11. Julij 1643

Tuo.
C. H.

Graswinhelio.

De tribus questionibus, Vir Maxime, Dabo mihi in hisce
non Oedipo, propositis, poteram soluta altera ad caste
ras duas respondisse videri, cum nec prima mei
captus esset, nec tertia post secundam utilis vel necesse
saria. Ab hac secunda verò poteram è vestigio me
expedire simplici negatione, ut qua nihil verius esse
constaret mihi longo usu (nisi quis breviculam
censet

[345].